

cie constituto, & sic se habet per modum accidentis, servatque rationem circumstantiæ. 2 Prout fundat repugnantiam cum rectâ ratione, ex quâ actus peccaminosus sortitur novam speciem. Et sic non manet pura circumstantia, sed transit in conditionem objecti.

Ex dictis colliges: in uno eodemque physicè actu reperiri plures moralitates specie distinctas: quia idem actus physicus potest habere plures conformitates vel disformitates ad regulas rectæ rationis. Ut: voluntas jejunandi in vigiliâ alicujus sancti ad impetrandum Donum Continentiæ.

Hic actus 1. Habet bonitatem naturalem, quæ sequitur actionem, ut actio vel ens est; & hæc bonitas non minus actui bono quam malo est communis.

2. Bonitas moralis essentialis, quæ sumitur ab objecto, & est in præsenti honestas temperantiæ.

3. Bonitas moralis accidentalis desumpta à circumstantiis & est honestas religionis vel cultus Duliæ erga sanctum.

4. Est bonitas moralis desumpta ex fine tanquam causâ & motivo actûs & est honestas castitatis.

### DISPUTATIO VIII.

#### *De indifferentiâ, bonitate & malitiâ.*

**S**icut moralitas genericè accepta desumitur ab objecto, quod substans regulis morum, ita species moralitatis desumitur ab objectis prout specialem dicunt habitudinem ad regulas morum. Et secundum hanc triplex status considerari potest. 1. Conformatiatis, in quo objecta sunt talia, qualia regulæ morum exigunt. 2. Disformatiatis, in quo objecta sunt opposita iis, quæ regulæ morum exigunt. 3. Neque con-neque disformatiatis, in quo objecta pure à regulis morum permit-tuntur.

DE INDIFFER. BONIT. & MALIT. 169  
runtur nec positivè petuntur, nec positivè repro-  
bantur.

### QUÆSTIO I.

*An detur actus in individuo indifferentis?*

**S**uppono per indifferentiam hic non significatur capa-  
citas agendi plura opposita; sive libertas, sed in-  
telligitur tendentia in objectum, quod neque est con-  
forme, neque disforme regulis morum; hæc ab ali-  
quibus constituitur præter bonitatem & malitiam ter-  
tia moralitatis species. Dari autem aliquos actus indif-  
ferentes ex objecto omnes admittunt, quos vocant  
cum S. Th. actus indifferentes secundum speciem, &  
sunt illi actus, qui secundum speciem suam præcisè ex  
meritis objecti, ad quod ab intrinseco referuntur, sunt  
indifferentes, neque boni neque mali: v.g. Deambu-  
latio ex vi objecti, nec est bona, nec mala, sed indif-  
ferens: siquidem objectum ex se prorsus est indifferentis,  
ut voluntas illud referat in finem honestum & naturæ  
rationali consentaneum, cum ex se solum dicat propor-  
tionem & commensurationem cum bono naturæ hu-  
manæ quâ sensitivæ; queritur autem, an etiam ex  
parte rei in individuo, id est prout ab homine delibe-  
ratè operante exercetur, detur aliquis actus humanus  
sive moralis, qui, spectatis omnibus tam objecto,  
quam fine & circumstantiis, sit indifferentis & neque sit  
bonus, neque malus moraliter.

**DICO** *Neceſſe eſſe omnem actum hominis à delibe-  
rativâ ratione procedentem, in individuo consideratum  
bonum eſſe vel malum, S. Th. hic Q. 18. a. 9. O.*

**Probatur.** Oinnis actus moralis vel ordinatur in fi-  
nem honestum vel non, si ordinetur, est bonus, si  
non ordinetur non est indifferentis (quem tamen solum  
indifferentem statuunt) quia actus, qui nec formaliter  
nec virtualiter dirigitur in finem honestum, est ma-

lus; quia actus qui deficit à fine sibi quā tali debito est moraliter malus; at qui actus humanus non ordinatus in finem honestam deficit à fine sibi quā tali debito: actui enim Creaturæ rationalis, quā tali, debetur finis honestus & consonus rectæ rationi referibilis in finem ultimum debitum. Hoc solo quippe sine in suo modo agendi homo differt à brutis animantibus, quæ etiam feruntur in bonum delectabile sensibus; at qui actus, quem Scotistæ volunt esse in individuo indifferente, non dirigitur in finem honestum formaliter vel virtualiter; alias enim foret honestus & bonus moraliter. Ergo est moraliter malus & dishonestus.

*Confirmatur:* Quidquid homo deliberate agit, vel sit propter bonum finem, & tunc bene agit, modò aliunde opus non virietur. Vel sit propter malum finem, & tunc perversè agit. Vel sit propter finem indifferente, & tunc otiosè agit, ac proinde male: est enim præceptum prohibens verbum otiosum Matth. 12. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii. Quo præcepto non tantum prohibetur verbum otiosum, sed etiam actus otiosus teste S. Hieron. in ps. 16. Si de verbis otiosis reddetur ratio, quanto magis de operibus. Ille autem actus est otiosus & inutilis, cui debitus finis non apponitur, qui que juxta S. Greg. caret & piâ utilitate & justâ necessitate.

*Obj. i.* Voluntas solam commoditatem vel voluptatem in actibus humanis querens, si actus alias sint liciti: v.g. in videndo pulchrum, audiendo musicam, odorando florem, non peccat: quia licet potest appetitus naturalis suis actibus frui ob temporalementem commoditatem; actus autem tales non sunt honesti: quia non sunt ob finem honestum, sed delectabilem. Ergo erunt indifferentes.

¶. Negando assump. nihil enim magis rectæ rationi se pugnat, quam rationem ipsam concupiscentiæ & appetitui inferiori deservire, atqui si voluntas deliberatè procedens agat tantum propter finem delectationis sensibilis, ut potentiaæ inferiores suis fruantur actibus, ratio concupiscentiæ obsequitur: quia tunc non ideo agit, ut obsequatur rectæ rationi dictanti, sed ideo, quia inclinat concupiscentia, & ita invertitur ordo intentus à Deo Authore naturæ operationibus conjungente delectabilitatem: Deus enim delectationes posuit in aliquibus actibus propter operationes, ut nimis facilius & suavius elicerentur; ergo delectatio non debet esse finis operationis, sed operatio debet esse finis delectationis, quod magis elucet ex Damnatione Innocentii XI. damnantis propositiones sequentes: 8. vam: *Comedere & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem non est peccatum, modo non obvia letudini; quia licet potest appetitus naturalis suis actibus frui.* 9. nam: *Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitus caret culpâ ac defectu veniali.*

*Obj. 2.* Ubi nulla est lex, ibi nulla est prævaricatio; atqui nulla lex obligat, ut homo in omni sua operatione querat finem honestum: id enim videtur nimis grave, si homo omnes omnino actiones suas teneatur in bonum finem referre, omnibus delectationibus renuntiare, absque sensu voluptatis alimena & blandimenta naturalia sumere.

¶. Negando mihi. Quia lex naturalis vetat, ne homo in suo proprio modo operandi deficiat ab ordine & fine sibi ab Authore naturæ præscripto, & in ipsâ naturâ rationali radicato; unde actus à fine honestatis deficiens saltem mediately contrariatur præcepto negativo Charitatis, quo tenetur nullam operationem subtrahere à relatione ad Deum ut ultimum finem; per hoc

hoc tamen non rejicimus omnes vitæ comoditates & delectationes, sed eas rationi subjicimus: quia delectatio corporis non debet esse finis, sed medium ad facilis & perseverantius operandum; unde assignantur quædam virtutes morales recreationibus & delectationibus modum apponentes. Nec requiritur, quod omnia opera actualiter referantur in finem honestum, sed sufficit relatio virtutis juxta S. Th. hic Q. 18. a. 9. ad 3. *Hoc ipsum, quod aliquis agit ordinatè ad sustentationem vel quietem sui Corporis ad bonum virtutis ordinatur in eo, qui corpus suum ordinat ad bonum virtutis.*

*Obj. 3.* Aliquis invincibiliter se conformans sententiæ oppositæ docenti: nullam esse obligationem omnes actus referendi in finem honestum: habebit ad minus per accidens ob conscientiam erroneam invincibilem actum indifferentem in individuo.

*R.* Dato hoc casu, quod aliquis invincibiliter sentiam oppositam in praxi sequatur. Ille habebit actum honestum & non indifferentem: quamvis enim speculativè aut in actu signato judicet, se actum indifferentem facere, quia tamen practicè judicat, se licet & prudenter operari; propterea practicè & in actu exercito amplectitur motivum verè honestum & conveniens rectæ rationi, adeoque elicit actionem bonam & honestam.

*Obj. 4.* Datur actus indifferentis secundum speciem. Ergo etiam in individuo, nulla enim est species, quæ non habeat vel saltem habere possit aliquid individuum.

*R.* Negando consequentiam, quia actus secundum speciem tantum attenditur per ordinem ad objectum secundum se spectatum, quod, cum sæpè neque sit bonum neque malum, nullam bonitatem vel malitiam in actu refundit; at vero actus in individuo considera-

te commoditatem  
icimus: quia de-  
, sed medium a-  
; unde assignan-  
phibus & delecta-  
equitur, quod  
finem honestum,  
hic Q. 18. a. 9.  
et ordinate ad su-  
ad bonum virtutis  
ordinat ad bonum  
nonformans sen-  
obligationem  
uin: habebit  
erroneam in-  
duo.  
incibiliter sen-  
He habebit ac-  
quamvis enim  
e actum indif-  
licat, se licite  
cè & in actu  
stum & con-  
ionem bonam  
dum speciem,  
species, quæ  
i quod indivi-  
tus secundum  
ad objectum  
neque sit bo-  
el malitiam in  
duo confiden-

tur ut vestitus omnibus circumstantiis, quarum præci-  
pua est finis, qui debet esse honestus, ne actus sit  
otiosus.

*Inst.* Ideò actus nullam ex objecto percipit bonita-  
tem vel malitiam: quia objectum est indifferens. Ergo  
etiam si finis sit indifferens, non poterit refundere in  
actus malitiam: finis enim non malus non potest fa-  
cere actum malum.

*R.* Negando consequentiam. Disparitas est: quia  
etsi objectum non sit intrinsecè honestum, modò alias  
sit licitum, potest superveniente honestate finis hone-  
stari, si verò & objectum & finis sint indifferentia, ni-  
hil erit, per quod actus creaturæ rationalis honestetur,  
quæ in omnibus deliberatis actibus bene & honestè  
agere obligatur. Finis igitur indifferens non potest in  
actus aliquam rationem refundere, nisi indifferenti-  
am, quantum est ex meritis finis indifferentis; at si  
attendatur obligatio agentis rationalis obligati hone-  
stum finem actibus suis præfigere, malitiam in actum  
refundit.

## Q U Ä S T I O II.

*An actus exterior addat moralitatem ad interiorem?*

**N**on tantum actus internos, sed etiam externos à  
voluntate imperatos moraliter bonos vel malos  
esse, constat, cum actus externi præcipiantur & pro-  
hibeantur, sint laudabiles vel vituperabiles; dubium  
tamen est, an illa bonitas sit tantum participata; &  
actibus externis conveniens per extrinsecam denomina-  
tionem à bonitate, vel malitiâ actus interni, à quo  
imperantur? vel utrum in illis sit propria bonitas in-  
trinsicè denominans & distincta à bonitate vel malitiâ  
actus interni?

**DICO** Si loquamur de bonitate exterioris actus,  
quam habet ex bonitate finis, tunc actus exterior nihil  
addit

addit ad bonitatem, nisi contingat ipsam voluntatem  
vel fieri meliorem in bonis, vel peorem in malis;  
S. Th. hic Q. 20. a. 4. O.

*Probatur.* Actus qui non est intrinsecè moralis, non potest per se & intrinsecè augere bonitatem vel malitiam moralem: quia ille non habet bonitatem vel malitiam intrinsecam; atqui actus exterior non est intrinsecè moralis; soli enim actus potentiae liberæ sunt capaces moralitatis, cum sola potentia libera subjiciatur regulis morum; ergo actus interior solus est formaliter moralis & bonus vel malus, exterior verò extrinsecè & denominativè denominatione acceptā ab actu interiore. Dixi. quam habet ex bonitate finis; quia secundum alias rationes per accidens possunt actus exteriores addere ad bonitatem vel malitiam actuum interiorum. Sic actui inefficaci & semipleno motui voluntatis actus exterior adjicit bonitatem non ex propriis meritis actus exterioris, sed ex conjunctione ad interiorem efficacem, unde derivatur; quare, qui vellet diligere Deum, sicut dilexit B. V. non tantum mereretur, quantum fuit merita B. V. quia non æquè intenso efficacis amoris fervore flagraret. Item actus interior ex conjunctione ad opus sit intensior & diuturnior, dum nimirum potentiarum exteriores proniores sive ad bonum, sive ad malum redduntur, suavior efficitur operatio, ac proinde amabilior, unde crescit actus interior experientia operis. Item dum exercitii difficultas sentitur, crescit voluntatis conatus, ut obicem removeat, tempore excutiat, quod si alias voluntas eadem permanere supponatur, dum actus exterior exercetur, nulla procul dubio bonitas interna superadditur.

*Obj.* I. S. Th. hic Q. 24. a. 3. in O. ait *Sicut igitur melius est, quod homo & velit bonum, & faciat exteriori actu, ita etiam ad perfectionem boni moralis pertinet,*

*sam voluntatem  
rem in malis;  
insec̄ moralis,  
e bonitatem vel  
libet bonitatem  
exterior non est  
potentia libera  
potentia libera  
is interior solus  
nalus, exterior  
inatione accep.  
bonitate finis;  
possunt actus  
ictiam actuum  
aplo motui  
m non ex pro.  
injunctione ad  
; quare, qui  
. non tantum  
uia non æquæ  
Item actus  
enior & di-  
res proniore  
tur, suavior  
, unde cre-  
m dum exer-  
itis conatus,  
; quod si  
atur, dum  
bio bonitas  
;*

*Sicut igitur  
faciat ex-  
moralis per-*

*tinet, quod homo ad bonum moveatur non solum secun-  
dum voluntatem, sed etiam secundum appetitum sensi-  
vum. Ergo videtur S. Th. in actu exteriori distinctam  
bonitatem ab illâ, quæ est in actu interiori agnoscere.*

*R. S. Th. esse intelligendum: quod, si homo  
faciat exteriori actu, melius sit, non per se, sed per ac-  
cidens: quia, si voluntas potens operari non opere-  
tur, certum est, quod non efficaciter intendat & ve-  
lit bonitatem objectivam, & sic formaliter est minus  
bona defectu bonitatis in actu interiori dicit enim S.  
D. Q. 20. a. 4. in O. Non est perfecta voluntas nisi  
sit talis, quæ opportunitate datâ operetur.*

*Obj. 2. Actus interior & exterior præcipiuntur &  
prohibentur diversis præceptis; nam in Decalogo non  
solum adulterium & furtum externum, sed etiam in  
præcepto 9. & 10. Concupiscentia uxoris vel rei alienæ  
vetatur. Jubemur proximum diligere non tantum actu  
interno, sed etiam actu externo ipsi beneficiendo.  
Duobus habentibus æquale desiderium suscipiendi Eu-  
charistiam, actu suscipiens maiorem obtinet gratiam.  
Ex duobus æqualiter affectis erga opera pœnalia mace-  
randi corpus, unus actus exteriores pœnitentiae exer-  
centes magis pro peccatis satisfacit. Duobus æqualiter  
erga martyrium affectis, si unus præ altero ob Christum  
moriatur, hic solus accipit aureolam martyrii. Deni-  
que ob actum exteriorem & non interiorem incurritur  
irregularitas, oritur obligatio restitutionis, ergo actus  
externus maiorem adfert bonitatem vel malitiam ad  
actum internum.*

*R. N. consequentiam: nam duo distincta præcepta  
ex eodem motivo prohibentia vel præcipientia non ar-  
guunt diversitatem malitiæ vel bonitatis, quod autem  
Deus specialiter voluerit prohibere concupiscentiam  
uxoris vel rei alienæ factum est, ne homines carnales  
putarent se præceptum impleuisse abstinentio ab actu*

exteriori, & quod præcipiatur non tantum interior dilectio, quâ proximo bene volumus, sed etiam exterior, quâ eidem benefacimus, est propter hujus vitæ indigentiam.

2. Inter duos desiderantes suscipere Eucharistiam ille, qui revera communicat, majorem habet fructum ex opere operato Sacramenti Eucharistiæ.

3. Qui non tantum desiderat macerare corpus, sed etiam actu exercet opera mortificationis, magis satisficit: quia ad satisfactionem maiorem non requiritur opus magis meritorum, sed magis pœnale, unde contingit opus magis meritorum esse minus satisfactorium.

4. Aureola non majoris præmii essentialis adeoque nec majoris bonitatis moralis est signum, sed majoris præmii accidentalis: congruum enim est, ut actuali laboris experimento aliquod speciale solamen & decus respondeat.

5. Actus externi ab Ecclesiâ plectuntur censuris, aliisque pœnis, quia de internis Ecclesia non judicat.

6. Denique ob actum externum est obligatio restituendi, quia per solum actum externum cum effectu injuria proximo infertur.

*Obj. 3.* Est obligatio in confessione exprimendi actum externum v.g. furtum aut homicidium, nec sufficit dicere: habui efficacissimam voluntatem furandi; atqui hoc sufficeret, si actus externus nullam actui interno superadderet malitiam: sive enim sit secutum furtum, sive non erit æqualis malitia. Ergo additactus exterior malitiam ad interiorem.

*R. 2.* Negando mihi quia actus externus malus in confessione est exprimendus, non ideo, quia superaddit malitiam, sed quia est revera malus denominatione extrinsecâ à malitiâ intrinsecâ petitâ; præceptum enim est, ut quodvis opus malum in confessione legi-

timè

timè explicetur, abstrahendo, unde malitia veniat  
ratio ergo adæquata, quare actus externus sit con-  
tendus, est præceptum divinum, quod se etiam ex-  
tendit ad actum externum, ut constat ex usu & praxi Ec-  
clesiæ; congruentia tamen est, quia nunquam perfecta  
efficacia voluntatis explorari potest, nisi per operis  
executionem.

## Q U Æ S T I O III.

*An idem numero actus possit esse moraliter bonus  
& malus?*

**U**T distinctius procedatur hanc quæstionem in eis.  
distribui oportet, in quorum duobus prioribus  
conditiones ad moralem actus bonitatem requisitas, in  
duobus posterioribus compatibilitatem vel incompa-  
tibilitatem bonitatis & malitiæ in eodem physico actu  
sive simultaneam sive successivam expendamus.

## §. I.

*An ut actus sit bonus, requiratur quod honestas ob-  
jecti directè ametur?*

Pro difficultatis intelligentiâ.

*Nota 1.* Tunc objectum à voluntate directè aimatur,  
quando bonitas objecti per practicam cognitionem re-  
præsentata est ratio movens vel alliciens, ut voluntas  
proprio actu in ipsam tendat & inclinet, & quidem  
si voluntas sistat in illâ bonitate, tunc erit bonitas si-  
nis; si illam ordinet ulteriùs, erit bonitas medii; in-  
directè voluntas tendit in aliquod objectum, quando  
illud quidem non habet in se rationem bonitatis, quam  
per suum actum directè inquirit voluntas, conjungitur  
tamen cum objecto per se volito, & sic coniunctum re-  
præsentatur per practicam cognitionem.

*Nota 2.* Malitia objectiva sive repugnantia cum  
rectâ ratione nunquam est directè, sed semper tantum  
indirectè intenta aut volita; quia malum quâ tale nullo  
modo est objectum voluntatis prosecutivæ, sed tantum

potes terminare actum fugæ , ideoque actus malus voluntatis accipit malitiam ab inhonestate objecti indirecte voluntate, quatenus voluntas fertur directe in aliquid objectum delectabile , cui inhonestas conjuncta per practicam cognitionem voluntati proponitur.

*Nota 3.* Ut actus sit simpliciter bonus , & media & finis debent esse bona ; unde intentio finis boni vitiatur per electionem mali medii. Et econtra electio boni medii vitiatur per intentionem pravi finis.

Ratio est : quia actus difformis dictaminis prudentiae est malus , sed tam intentio determinans ad electionem mali medii , quam electio boni medii ad causandum malum finem est difformis dictaminis prudentiae ; igitur & prior & posterior est actus malus , his notatis.

DICO : Bonitas voluntatis ex solo uno illo dependet , quod per se facit honestatem in actu , scilicet ex objecto S. Th. hic Q. 19. a. 2. O. Sive ut honestas objectiva refundat honestatem formalem in actum , requiritur , ut formaliter & directe appetatur.

*Ratio est :* Quia in tantum honestas objectiva specificat actum , illique tribuit speciem honestatis , in quantum movet voluntatem ad sui amorem : omnis enim bonitas objectivè movens & specificans actum voluntatis directe movet voluntatem ad sui amorem , honestas autem est quedam bonitas : cum bonum in communi dividatur in bonum honestum , utile & delectabile : honestas autem movens voluntatem directe & formaliter amat ; in tantum enim bonitas movet appetitum , in quantum ratione appetibilitatis sibi intrinsecæ appetitur & amat.

Adde si ad formalem bonitatem actus sufficeret sola cognitio honestatis conjunctæ cum objecto , quamvis illa directe non ametur , esset actus charitatis ille , quo quis amaret creaturam propter bonitatem creatam , quam cognosceret esse amabilem propter bonitatem

Crea-

Creatoris. Esset dolor supernaturalis, quo voluntas doloreret de peccato propter temporale incommodum quando dolens peccatum cognosceret posse defliri, quia est offensa Dei. Quæ sunt absurdissima.

**Obj. 1.** In honestas quatenus tantum cognita ut conjuncta cum aliquo objecto, indirectè tamen intenta dishonestatem formalem refundit in actum; ergo etiam honestas conjuncta cum objecto & cognita licet non intendatur, refundit honestatem in actum.

**R.** Negando consequentiam. Disparitas est: quod ideo dishonestas indirectè volita facit actum malum, quia illa non est apta directè movere ad sui prosecutionem, sed voluntas tenetur illam fugere, non tantum ut est in seipsâ, sed etiam ut est & cognoscitur conjuncta cum aliquo objecto; econtra honestas objectiva est per se idonea, ut directè moveat voluntatem. Unde sicut omnes actus aliarum potentiarum sunt ab iis eliciti, in quantum potentiae directè moventur à suis objectis formalibus & specificativis: ut visio, auditio, intellectio, ita etiam actus honestus est à voluntate, in quantum voluntas movetur & specificatur directè à suo specificativo, quod est honestas objectiva.

**Obj. 2.** Quando aliquod opus bonum ex objecto refertur ad ulteriorem honestum finem, opus illud assumptum refundit bonitatem moralem in actum, & tamen bonitas illius medii non amatur, nisi in quantum est conducens ad finem; ergo ut bonitas objecti refundat in actum bonitatem moralem, non requiritur ut directè ametur.

**R.** Negando consequentiam: quia in electione operis boni ad finem superiorem honestum placet & finis & medii rectitudo: quamvis enim una bonitas alteri subjiciatur, utraque tamen movet, una videlicet dependenter ab aliâ; quemadmodum enim causa prima influxum causæ secundæ non impedit, sed pro-

movet: ita honestas finis superioris bonitatem mediū non tollit, sed auget, ut illam sibi subordinet.

## §. 2.

An ut actus voluntatis sit bonus, requiratur conformitas cum voluntate divina?

DICO: *Voluntas humana tenetur conformari divinæ voluntati in volito formaliter... sed non materialiter* S. Th. hic Q. 19. a. 1. in O.

Explicatur conclusio: voluntas humana tripliciter potest conformari voluntati divinæ: 1ò. Si velit quod Deus vult hominem velle voluntate signi: hoc est consulendo vel præcipiendo. 2ò. Si velit homo hoc ipsum, quod Deus vult, quæ conformitas dicitur in objecto materiali voluntatis beneplaciti. 3ò. Si velit homo illam rationem ob quam Deus aliquid vult fieri, & hoc est conformari in volito formaliter divinæ voluntati. Et hæc conformitas ad bonitatem actus requiritur.

*Ratio est:* Quia voluntas humana in suis operacionibus tenetur intendere vel formaliter vel virtualiter eundem scopum & finem: videlicet manifestationem divinæ bonitatis aliarumque perfectionum incretarum, quam intendit divina voluntas, & ab hoc sine licite discrepare non potest: voluntas enim divina est ipsa rectitudo & sanctitas per essentiam, cui conformari debet omnis rectitudo vitæ humanæ, unde S. August. Con. I. in ps. 32. *Qui sunt recti? qui dirigunt cor secundum voluntatem Dei;* quare in omnibus operibus nostris tenemur ex præcepto dilectionis Dei super omnia eundem finem ultimum, quem habet voluntas divina, vel formaliter vel virtualiter intendere, quod est voluntati divinæ in genere causæ finalis vel in volito formaliter conformari. Non tamen tenetur se voluntas humana conformare voluntati divinæ in volito materiali: quia, quamvis omne, quod Deus vult, sit bonum per ordinem ad bonum universale, quod Deus

pro-

provitor universalis querit; illud idem tamen potest esse malum respectu agentis particularis. Sit pro exemplo: Deus ex fine universalis illi cognito vult tuum filium damnari, non id est tu pater potes velle damnationem tui filii. Simile est: Judex intuitu boni communis licet vult occidere latronem, hujus tamen occasionem uxor aut filius latronis, qui bonum privatum familie considerant, appetere non possunt. Sic licet petimus, ut Deus a nobis flagella suae iracundiae avertat, immo Deus vult, ut ista velimus, & media his avertendis idonea adhibeamus; & tamen haec mala nobis divinae voluntatis altioram finem intuentis beneplacito contingunt.

*Obj. 1.* Beati in celo conformantur divinae voluntati non solum in volito formalis, sed etiam in volito materiali, ergo in nobis est eadem obligatio, juxta illud orationis Dominicæ: fiat voluntas tua, sicut in celo & in terra.

*Res.* Negando consequentiam & paritatem: quia beatissimi cognoscunt divinae voluntatis volitum materiale secundum rationes æternas & superiores, sive ut loquitur S. Th. loc. cit. ad. i. In statu gloriae videbunt in singularis, quæ volent, ordinem eorum ad id, quod Deus circa hoc vult: viatores autem solum secundum rationes particulares & inferiores, volitum materiale divinae voluntatis cognoscunt.

*Obj. 2.* Lex amicitiae requirit concordiam voluntatis cum voluntate amici, atqui ad concordiam requiriatur voluntatum conformitas in volito materiali. Ergo creata voluntas divinae voluntati debet conformari in volito materiali,

*Res.* Negando mihi. Quia concordia magis consistit in conformitate quoad finem volitum, quam quoad ipsum objectum volitum; nec ex discordia in materiali volito oritur discordia voluntatum: quia idem objectum materiale sub ratione superiori & æternâ vult.

Deus, quod sub ratione particulari non vult creatura; sicut igitur nullum est dissidium inter voluntatem antecedentem & consequentem: quia sub diversâ ratione procedunt, dum voluntas antecedens vult salutem reprobâ, voluntas consequens vult ejusdem damnationem; voluntas enim antecedens personam reprobâ præcisam à circumstantiis respicit, voluntas consequens fuit in eandem ut iisdem circumstantiis involutam; itâ etiam nulla est discordia inter voluntatem Dei, quâ secundum rationes altiores vult mortem v.g. parentis; & voluntatem filii, quâ secundum rationes particulares vult parentem diutius vivere:

§. 3.0

An idem actus possit esse simul bonus & malus

Quæstio procedit de eodem actu non in genere moris ( quia differentia bonitatis & malitiae moraliter actum diversificat ) sed in genere physico & entitativè v.g. de actu externo dationis eleemosynæ vel de actu interno electionis eleemosynæ imperatæ ex intentione duplicitis finis dispatatè se habentis , an eadem inquam datio vel volitio dandi possit esse ob unum finem bona, ob alterum finem ventialiter malum simul mala?

DICO. Nihil prohibet actioni habenti unam prædictarum bonitatum, deesse aliam: Et secundum hoc contingit actionem, quæ est bona secundum speciem suam, vel secundum circumstantias ordinari ad finem malum, vel econverso; S. Th. hic Q. 18. a. 4. ad 3.

*Probatur 1. à priori. Ponamus pro exemplo: Titius videns egenum petentem eleemosynam misericordiā movertur ad succurrentum, sed quia egenus publicè petit eleemosynam eò libenter & cito & majorem dat eleemosynam & incitatus egeni miseriā & stimulatus vanâ gloria. In hoc casu actus est ex objecto bonus & ex circumstantiâ finis malus: quia actus, quo voluntas per se & propter se amat sublevamen pauperis,*

quamvis jungatur ei finis venialiter malus, vel inficiatur circumstantia vanæ gloriæ, aliquam tamen ex objecto illo honesto haurit bonitatem, si objectum illud verè prosequatur tanquam finem intermediate, & non tanquam purum medium, bonitas enim objecti per se volita & intenta refundit aliquam bonitatem in actum, quia actus imperatus ad finem extrinsecum ordinatus speciem desumit & ab objecto per se & ratione sui volito & à fine adjuncto, tribuit objectum primò & immediatè respectum primam moralitatis speciem, moralitas autem quæ est à fine aut circumstantiis est accidentalis & supponit actum in suâ essentiali moralitate constitutum, ideoque moralitas quæ est ex objecto non tollitur per moralitatem, quæ est ex fine vel circumstantiis, nec ordinatio actus, quâ eidem adjungitur finis extrinsecus operantis, mutat ejus naturam, sed solùm addit novum ordinem novamque speciem accidentalem.

*Probatur 2. A posteriori.* Quia sèpè & ferè semper contingit actus bonos malitiâ supervenientis finis vel circumstantiarum foedari; cum nullus actus ferè sit bonus etiam in viris sanctis, cui in hac vitâ non desit aliqua circumstantia, vel aliquid affectus terreni admisceatur; sequeretur igitur nullum ferè actum meritorium dari, si quâvis circumstantia venialiter mala tota bonitas actus quantumvis heroici tolleretur.

Audiatur pro hujus elucidatione S. Greg. M. in fine moral. *Eidem intentioni, quâ Deo placere studeo, furtim se, nescio, quo modo, intentio humana laudis interserit... fatendum est igitur, quod rectam quidem intentionem nostram, qua soli Deo placere appetit, nonnunquam intentio minus recta, qua de donis Dei placere hominibus querit, insidiando comitatur; se autem de his divinitus districtè discutimur: quis interista remanet salutis locus, quando & mala nostra pura-*

mala sunt, & bona, quae nos habere credimus, pura bona esse nequaquam possunt?

*Obj. 1.* Objectum bonum, si simul sit in malum finem relatum vel malâ circumstantiâ vitiatum, nullo modo est conforme rectæ rationi & judicio prudentiali: cum prudentia dicet bonum esse faciendum bene, ergo actus habens circumstantiam malam nullo modo est bonus.

*R.* Negando antecedens, cuius probatio nihil infert, nisi quod actus bonus circumstantiâ malâ affectus non sit ex omni parte prudentiae conformis, præcipit quidem recta ratio & regula prudentiae bona bene fieri & tam objectum bonum, quam etiam finem & circumstantias bonas, sed ex hoc tantum sequitur, actuū circa bonum non bene versantem regulis prudentiae partim Con - partim dissonum esse, consonum secundum quod fertur in objectum bonum, dissonum secundum, quod ei adjungitur circumstantia venialiter mala.

*Obj. 2.* Qui dat eleemosynam ob vanam gloriam, eligit eleemosynam tanquam medium ad finem pravum, electio autem medii alias de se boni ad malum finem est rota mala: quia malitia finis in medium refusa totum actuū inficit: ut in terminis docet D. Ang. I. 2. Q. 19. a. 7. ad 2. *Qui vult dare eleemosynam propter inanem gloriam consequendam vult id, quod de se est bonum, sub ratione mali, & ideo prout est volitum ab ipso est malum, unde voluntas ejus est mala, & ibidem ad 3. Sive voluntas sit ejus, quod est secundum se malum & sub ratione boni, sive sit boni sub ratione mali semper voluntas erit mala.* Et adhuc clarius in 2. sent. dist. 38. Q. 1. a. 4. ad 4. *Cum aliquis vult dare eleemosynam propter inanem gloriam, hic est unus actus voluntatis: & hic actus totus malus est, licet nunquam adesse id, quod in eo est, malitiam habeat.*

DE INDIFFERENTIA  
Admittendo  
objecto bonus  
cum eligitur pra  
cis ad finem mal  
am ut medium ac  
medii, ita ut v  
erbo sed etiam  
secundum fine  
m, cujus rat  
electio à solo  
solum est elec  
tioni bonitatem  
malitiate objec  
tus honesti,  
nulli, considerari  
nulli, vel ut est cau  
sus et volitio fi  
cio ille actus habet  
indecentia, et ma  
lum rationem mo  
rino veller finem  
a per malum medi  
us, sicut actus  
derit ad malum f  
*Obj. 3.* Qui eligi  
tum finem, op  
eram accipit boni  
actus ex objecto  
capit bonitatem.  
Admittendo  
alimper manere  
semper esse mal  
itia intentione  
men desideri  
remixtum & vir

R. Admittendo totum quia quando actus elicitur ex objecto bonus propter finem malum, tunc opus bonum elititur præcisè per modum puri mediū conducentis ad finem malum si verò simul eligatur opus bonum ut medium ad finem bonum vel per modum finis intermedii, ità ut voluntas non solum alliciatur à fine adjuncto sed etiam à bonitate objecti; habet bonitatem secundum finem bonum sive secundum istud objectum, cuius ratio est: quia licet actus, qui est pura electio à solo fine specificetur, actus tamen qui non solum est electio, sed etiam intentio tenditque in objecti bonitatem tanquam finem intermedium simul à bonitate objecti speciem habet, eodem modo amor finis honesti, ex quo sequitur vitiata electio mali mediū, considerari potest: vel ut est volitio finis honesti, vel ut est causa dicens ordinem ad media, quatenus est volitio finis honesti, est bona; quatenus verò ille actus habet rationem causæ moventis ad media indecentia, est malus; si autem ille actus haberet solam rationem motivi moventis ad malum, sive si homo vellit finem illum de se honestum, quatenus est per malum medium obtainendus, tunc totus esset malus, sicut actus, qui eligit opus bonum præcisè, ut servit ad malum finem, est totus malus.

Obj. 3. Qui eligit opus malum: ut mendacium: ad bonum finem, opus illud malum ex fine honesto nullam accipit bonitatem: quia est intrinsecè malum; ergo actus ex objecto malus nullam ex fine extrinseco percipit bonitatem.

R. Admittendo totum vid. actum ex objecto malum semper manere malum, ac ità electionem mendacii semper esse malam, nec unquam reddi honestam ex bona intentione: quia semper est contrà legem Dei, attamen desiderium juvandi proximum in illâ electione intermixtum & virtualiter contentum est bonum. Sic

Exodi. r. Obstetrices ægyptiorum mentientes Pharaoni, ut liberarent pueros Hebræorum, eligendo mendacium peccaverunt, intentio tamen illarum erat bona, ob quam etiam à Deo sunt remuneratae de quo. S. Th. 1. 2. q. 114. a ult. ad 2. *Obstetrices licet haberunt bonam voluntatem, quantum ad liberationem puerorum, non tamen fuit earum recta voluntas quantum ad hoc, quod mendacium confinxerunt.* Dixi; in illâ intentione intermixtum & virtualiter contentum: quia in producendo opere bono ob malum finem vel in eliciendo opere malo ob finem bonum intercurrunt vel formaliter vel virtualiter duo actus, qui tamen pro eodem computantur, quia unus alteri subordinatur ita S. Th. Q. 2. de malo. a. 4. ad 2. ubi inquit: *Dare Eleemosynam pauperi vel diligere Deum est actus secundum se bonus, sed referre actum hujusmodi ad finem aliquem inordinatum scilicet cupiditatis aut inanis Glorie est quidem aliis actus malus, qui tamen duo actus quodam ordine in unum rediguntur.*

*Obj. 4.* Actus bonus est actus virtutis, sed actus virtutis non potest ullâ ratione esse malus, quia virtute nullus male utitur, ut pulchrè explicat S. Th. 1. 2. q. 55. a. 4. ad 5. *Virtute potest aliquis male uti tanquam objecto, putâ, cum male sentit de virtute cum odie eam, vel superbit de eâ: non autem tanquam principio usus, ita scilicet, quod malus sit actus virtutis.*

*R.* Distinguendo mî. actus virtutis non potest esse malus, in quantum à virtute procedit Con. in quantum à voluntate ex parte deficiente, & à malo habitu se ingerente procedit, N.

*Obj. 5.* Idem actus non potest esse meritorius & demeritorius, simul præmio & suppicio dignus. Ergo neque potest idem actus esse bonus & malus: malus quippe

mentientes Pharaonem, eligendo men-  
nillarum erat bo-  
muneratae de quo  
betrices licet ha-  
ad liberationem  
la voluntas quan-  
ixerunt. Dixi;  
virtualiter con-  
bono ob malum  
mem bonum in-  
r duo actus, qui  
unus alteri sub-  
q. ad 2. ubi in-  
diligere Deum  
re actum hujus-  
scilicet cupidi-  
s actus malus,  
unum redigun-  
tis, sed actus  
s, quia virtu-  
S. Th. I. 2 q.  
euti tanquam  
ute cum odi-  
quam princi-  
us fit actus  
ion potest esse  
ton. in quan-  
malo habitu  
ritorius & de-  
dignus. Ergo  
malus: malus  
quippe

DE INDIFFER. BONIT. & MALIT. 187  
quippe suppicio punitur, bonus præmio remune-  
ratur.

¶. Negando antecedens: actus quippe correctio-  
nis, quo parens zelo disciplinæ corripit filium, si  
paululum in correctione excedat, non definit esse me-  
ritorius, quia pater per talem excessum meritum suæ  
curæ non statim perdit; pœnitens, qui ex fervore  
pœnitentiæ in corpore atterendo à modo & medio di-  
scretionis aliquantulum recedit, non omnem fructum  
suæ pœnitentiæ perdit; sed si malitia moralis sit mixta  
bonitati, actus quæ bonus erit præmio dignus, actus  
quæ venialiter malus pœnam temporalem meretur.

#### §. 4.

An idem actus possit transire de bono in malum  
& econtrâ?

Quæstio rursus procedit de eodem actu physico aut  
de eo qui pro eodem entitativer actu computatur.

DICO. Ille motus continuus, qui procedit ex di-  
versâ intentione, licet unus unitate naturæ non est ta-  
men unus unitate moris S. Th. hic Q. 20. a. 6. ad 1.  
five idem physicè actus potest transire de bono in ma-  
lum & econtra.

Ratio est: quia potest actui bono supervenire cir-  
cumstantia actuū vitians, circumstantiæ autem sunt  
accidentia ipsam substantiam actūs non mutantia; sic vo-  
lenti orare possunt occurtere distractiōnes, quæ vitiant  
voluntatem orandi ipsamque orationem, tunc autem  
actus bonus fit malus, videlicet qui ante bonus erat ex  
objecto & circumstantiis, postmodum ex mutata cir-  
cumstantiâ est malus; similiter actus, qui ante malus  
erat quoad aliquam circumstantiam, sublatâ circum-  
stantiâ actuū vitiante, est simpliciter bonus. Sicuti  
igitur nulla est implicantia, quin idem numero actus  
sit de necessario liber, de non morali moralis; ita  
etiam non implicat de bono fieri malum aut econtrâ.

Ma-

Maximè cum juxta dicta idem actus simul possit esse bonus & malus.

*Obj. 1.* Quoties mutatur objectum formale & motivum actus, toties mutatur entitativè actus voluntatis; atqui quoties actus voluntatis de bono in malum mutatur, mutatur etiam objectum specificativum actus voluntatis: objectum enim actus boni est honestas directè movens voluntatem ad sui prosecutionem, objectum specificativum actus mali est bonum deletabile habens conjunctam objectivam in honestatem, ita ut delectabilitas sit directè volita, in honestas autem sit indirectè volita, sed ista objecta sunt formaliter diversa: utpote in ipsâ virtute & efficaciâ movendi inter se differentia, quorum unum est intrinsecè referibile in Deum ut ultimum finem, alterum irreferribile.

*R.* Distinguendo mihi. quoties mutatur actus voluntatis de bono in malum, mutatur objectum specificativum primarium & essentiale N. saltem accidentale. Con. objectum specificativum actus moralis primariò & essentialiter est ipsum objectum conforme vel disforme regulis morum, objectum specificativum accidentaliter sunt circumstantiae; potest autem manente specificativo essentiali in esse moris mutari specificativum accidentale sublatâ vel adjectâ circumstantiâ viantane.

*Obj. 2.* Est impossibile, ut idem numero actus modò sit actus vitii, modò sit actus virtutis: cum vitium & virtus sint habitus oppositi, & consequenter producant contrarios actus; sed actus honestus est actus virtutis, econtrà actus dishonestus est actus vitii.

*R.* Distinguendo maj. est impossibile, ut idem numero actus sit modo virtutis, modo vitii respectu ejusdem Con. respectu diversorum N. potest enim respectu objecti esse actus virtutis, & respectu circumstantiarum esse actus vitii.

*Obj.*

DE INDIVIDUIS  
Obj. 3. Actus  
accedit à voluntate  
mutat à principio  
accidente, quod  
objectum habet  
cum regulis  
modo se habet  
ut elicere actus  
secundum  
ab auxilio fidei  
et motivo suum  
malum per  
bonum in malum  
actus.

4. Non implica  
voluntate deficit  
naturali & abs-  
tetur in genere  
ando actus bonum  
antiam finis plures  
aut pro uno, ut cito  
fatuas.

QUA  
idem actus p-

CO. Non op-  
erantia unius  
speciebus; lice-  
mus moralis  
vitii, S. Th. 1.  
latio est: quia  
una vel disconveniens  
species mori-  
ad finem aliqui

Obj. 3. Actus malus secundum suam entitatem procedit à voluntate, ita ut ab illâ dependeat, non tantum ut à principio efficiente, sed etiam ut à principio deficiente, quod in ipso fieri actûs deficienter tendit in objectum habens adjunctam objectivam disformitatem cum regulis morum; ergo, nisi voluntas contrario modo se habeat in productione sui actûs, non poterit elicere actum bonum; item actus bonus voluntatis secundum suam entitatem saltem ut plurimum pendet ab auxilio speciali & quidem supernaturali, si fiat ex motivo supernaturali; est autem impossibile actum malum pendere ab auxilio speciali. Ergo si actus bonus in malum transeat, necesse est mutari entitatem actûs.

R. Non implicare quod actus respectu diversorum sit à voluntate deficiente & efficiente, item ab auxilio supernaturali & absque auxilio supernaturali, si consideretur in genere moris. Si verò dicatur, quod quando actus bonus ex objecto vitiatur per circumstantiam sint plures virtualiter actus qui tamen computantur pro uno, ut docet D Ang. locis citatis, minor est difficultas.

#### Q U Ä S T I O IV.

*An idem actus possit habere plures species bonitatis vel malitiae?*

DICO. Non oportet, licet sint multæ circumstantia unius actûs, quod unus actus sit in pluribus speciebus: licet etiam non sit inconveniens, quod unus actus moralis sit in pluribus speciebus moris etiam disparatis, S. Th. hic Q. 19. a. 10. ad 3.

Ratio est: quia quandocunque est specialis convenientia vel disconvenientia cum regulis morum, est diversa species moris sive bonitatis vel malitiae; atqui si actus ad finem aliquem ordinetur, ad quem ex naturâ suâ

suâ non ordinatur, vel etiam in speciali circumstantiâ elicatur, habet specialem convenientiam vel disconvenientiam cum regulis morum. Ut patet ex dictis disput. 7. Q. 2. & 4. quæ videri possunt. Præter quæ.

**Ratio est 2.** Actus terminatus ad bonum objectum & bonum finem: v. g. volitio Jejunandi ad satisfacendum pro peccatis: procedit à distinctis virtutibus: temperantiâ scilicet, & pœnitentiâ. Ergo habet ab utrâque suam specialem bonitatem. Antecedens probat. actus terminatus ad objectum bonum & bonum finem elicitur ab unâ virtute, ab eâ scilicet ad quam pertinet objectum, & imperatur ab aliâ, ad quam pertinet finis; ut electio jejunandi ad satisfaciendum pro peccatis, elicitur à temperantiâ, & imperatur à pœnitentiâ. Ergo procedit à distinctis virtutibus, ab unâ elicitivè & ab aliâ imperativè. Unde D. Th. 2. 2. q. 124. a. 2. ad 2. ait: *Martyrium est actus charitatis, ut imperantis, fortitudinis autem ut elicientis.* Et q. 32. a. 1. ad 2. *Nihil prohibet actum, qui est propriè unius virtutis elicitivè, attribui alteri virtuti sicut ordinanti & imperanti ad suum finem, & hoc modo dare Eleemosynam ponitur inter opera satisfactoria in quantum miseratio in defectum patientis ordinatur ad satisfaciendum pro culpâ.* Secundum autem quod ordinatur ad placandum Deum habet rationem sacrificii & sic imperatur à latrâ.

**Obj.** Eo ipso, quod actus ordinetur ad ulteriorem finem, bonitas ejus objectiva destruitur, quia hoc ipso talis bonitas non est volita ratione sui, sed ratione alterius; quod est contrà rationem virtutis, cuius honestas propter seipsum debet diligi.

**R.** Negando ass, quia cum bonum non repugnet bono, bonitas objectiva ex conjunctione cum ulteriore fine non destruitur: alias charitas, quæ omnium virtutum

## DE INDIFFER. BONIT. &amp; MALIT. 191

virtutum moralium honestates ordinat in suum finem,  
& propterea dicitur forma virtutum, virtutes mora  
les destrueret; quod est absurdum. Ad probat. dicitur:  
quod honestas virtutis debet propter seipsum diligi,  
tanquam finem proximum saltem & intermedium, non  
autem ita ut non referatur ulterius.

*Inst.* Quod refertur ulterius, est potius medium,  
quam finis. Sic si aliquis eligat opus pietatis propter po  
nitentiam, tale opus non appetitur propter se sed tan  
quam medium ad poenitentiam; medium autem qua  
tale non habet rationem boni honesti, sed utilis.  
Ergo talis electio habet tantum bonitatem & honesta  
tem à fine & non ab objecto immediato.

*R.* In casu posito opus pietatis non habet rationem  
puri medii, sed finis intermedii, quia simul appeti  
tur & propter se proxime, & immediate ratione pro  
priæ honestatis & bonitatis moralis, & propter aliud  
nempe poenitentiam, & consequenter habet duplēcē  
speciem moralis bonitatis: unam ex objecto, in quod  
immediate tendit, alteram ex fine extrinseco, ad  
quem ordinatur; ita ut ipsa volitio operis imperata à  
poenitentiā reduplicativè ut imperata specificetur à fine,  
nempe à bono poenitentiæ: specificativè verò sumpta,  
qua est imperata, specificetur à proprio objecto, sive  
à fine operis, quod idem aliis exemplis est applican  
dum. Ratio horum est: quia ens respectivum, quale  
est actio, specificatur ab illo quod essentialiter respi  
cit, non autem ab illo, quod accidentaliter con  
notat.

